



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

Ad Lectorem Ogdoastichon.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

A D L E C T O R E M  
Ogdoastichon.

Iliadem nuce cōclusam est mirata vetustas,  
Quū foret hēc lepidis fabula mixta iocis.  
Esto, sīnt sanē vel quādam seria, quid tum?  
Vix fuerat paucis vtilis ille labor.

Define, vel potius doctū hūc mirare libellū,  
Quē resecat docta nūc tibi Spina manu.  
Est pi<sup>o</sup>, est breuis, est facilis, paruoq; paratur  
Aere, dehinc multis proderit iste labor.

*De Petro Lombardo sic habet Tritthe-*  
*mius lib. de scriptor. Ecclesiast.*

Petrus Lombardus, episcopus Parisiensis  
ex scola stico, vir in diuinis scripturis studio-  
fissimus, & nobiliter doctus, ingenio subti-  
lis, & clarus eloquio, nomen suum scribēdo  
cum tanta gloria transmisit ad posteros, ut  
vsque in hodiernum diem eius opusculis  
Theologorum scola vbiique exercitata, singu-  
lari veneratione Magistrum eum nomi-  
net & habeat. Scripsit enim sagaci studio ex  
dictis sanctorū patrum cōmendabile opus,  
Sententiarum lib. 4. Cupientes aliquid, &c.  
In totum Psalterium lib. 1. Quuin omnes  
prophetias, &c. In omnes epistolas Pauli  
lib. 14. Principia rerū, &c. Sermones varios  
lib. 1. Alia quoq; non pauca composuit, quæ  
ad notitiam meam non venerūt. Claruit sub  
Conrado imperatore. 3. an. Domini 1140.